

Tekst 1

Hoe om te gaan met christenen.

1 C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

2 Sollemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te referre. Quis
3 enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam
4 instruere? Cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio quid
5 et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. Nec mediocriter haesitavi, sitne
6 aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus
7 differant; detur paenitentiae venia, an ei, qui omnino Christianus fuit,
8 desisse non prosit; nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia
9 nomini puniantur. Interim, <in> iis qui ad me tamquam Christiani
10 deferebantur, hunc sum secutus modum. Interrogavi ipsos an essent
11 Christiani. Confitentes iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus:
12 perseverantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecumque esset
13 quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere
14 puniri. Fuerunt alii similis amentiae, quos, quia cives Romani erant,
15 adnotavi in urbem remittendos.

16 Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species
17 inciderunt. Propositus est libellus sine auctore multorum nomina
18 continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeunte
19 me deos adpellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum
20 simulacris numinum adferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male
21 dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur qui sunt re vera
22 Christiani, dimittendos putavi. Alii ab indice nominati esse se Christianos
23 dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem sed desisse, quidam ante
24 triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. <Hi>
25 quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et
26 Christo male dixerunt.

(In het hier weggelaten gedeelte schrijft Plinius wat vermeende christenen zoal deden en dat er al veel mensen bij betrokken waren.)

27 Antwoord van Trajanus.

28 Het is de juiste weg, mijn beste Plinius, die je gevolgd hebt bij het
29 uitzoeken van de gevallen dat men mensen als Christenen bij je aangaf.

30 Er is namelijk geen algemeen voorschrift te geven dat als vaste norm kan
31 dienen.

32 Actief opsporen moet men ze niet. Worden ze aangegeven en schuldig
33 bevonden, dan dient men ze te straffen, met dien verstande dat wie
34 ontkent Christen te zijn en dit metterdaad aantoot (dat wil zeggen: door
35 te offeren aan onze goden), hoe verdacht zijn verleden ook moge zijn, op
36 grond van zijn berouw genade krijgt.

37 Voor anoniem ingediende beschuldigingen mag in een aanklacht geen
38 plaats zijn. Dat geeft namelijk een bijzonder slecht voorbeeld en is niet
39 meer van onze tijd.

Plinius, Epistulae 10.96.1-6 en 10.97


Tekst 2

Een boekje voor Plinius.

- 1 Nec doctum satis et parum severum,
2 sed non rusticulum tamen libellum
3 facundo mea Plinio Thalia
4 i perfer: brevis est labor peractae
5 altum vincere tramitem Suburae.
6 Illic Orphea protinus videbis
7 udi vertice lubricum theatri
8 mirantesque feras avemque regem,
9 raptum quae Phryga pertulit Tonanti;
10 illic parva tui domus Pedonis
11 caelata est aquilae minore pinna.
12 Sed ne tempore non tuo disertam
13 pulses ebria ianuam videto:
14 totos dat tetricae dies Minervae,
15 dum centum studet auribus virorum
16 hoc quod saecula posterique possint
17 Arpinis quoque comparare chartis.
18 Seras tutior ibis ad lucernas:
19 haec hora est tua, cum furit Lyaeus,
20 cum regnat rosa, cum madent capilli:
21 tunc me vel rigidi legant Catones.

Martialis, Epigrammata 10.20

Afbeelding 1



De Orpheusfontein in Stockholm van de kunstenaar Carl Milles.

Tekst 3

Een nieuw politiek klimaat.

- 1 Frustra, Blanditiae, venitis ad me
- 2 attritis miserabiles labellis:
- 3 dicturus dominum deumque non sum.
- 4 Iam non est locus hac in urbe vobis;
- 5 ad Parthos procul ite pilleatos
- 6 et turpes humilesque supplicesque
- 7 pictorum sola basiate regum.
- 8 Non est hic dominus sed imperator,
- 9 sed iustissimus omnium senator,
- 10 per quem de Stygia domo reducta est
- 11 siccis rustica Veritas capillis.
- 12 Hoc sub principe, si sapis, caveto
- 13 verbis, Roma, prioribus loquaris.

Martialis, Epigrammata 10.72

Tekst 4

Openingswoorden van de Panegyricus.

1 Bene ac sapienter, patres conscripti, maiores instituerunt ut rerum
2 agendarum ita dicendi initium a precationibus capere, quod nihil rite nihil
3 providenter homines sine deorum immortalium ope consilio honore
4 auspicarentur. Qui mos cui potius quam consuli aut quando magis
5 usurpandus colendusque est, quam cum imperio senatus, auctoritate rei
6 publicae ad agendas optimo principi gratias excitamur? Quod enim
7 praestabilius est aut pulchrius munus deorum, quam castus et sanctus et
8 dis simillimus princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque
9 rectores terris an aliquo numine darentur, principem tamen nostrum
10 liqueret divinitus constitutum. Non enim occulta potestate factorum, sed ab
11 Iove ipso coram ac palam repertus electus est: quippe inter aras et
12 altaria, eodemque loci quem deus ille tam manifestus ac praesens quam
13 caelum ac sidera insedit. Quo magis aptum piisque est te, Iuppiter
14 optime, antea conditorem, nunc conservatorem imperii nostri precari, ut
15 mihi digna consule digna senatu digna principe contingat oratio, utque
16 omnibus quae dicentur a me, libertas fides veritas constet, tantumque a
17 specie adulationis absit gratiarum actio mea quantum abest a necessitate.

Plinius, Panegyricus 1

Tekst 5

Vesticius Spurrinna is een succesvolle generaal. Hij heeft in Germania een opstand van de Bructeri neergeslagen en een koning over dat volk aangesteld.

In het onderstaande gedeelte uit een brief vertelt Plinius dat Spurrinna daarom een standbeeld krijgt. Hij vertelt ook dat er een standbeeld is toegekend aan Spurrinna's zoon Cottius, die overleden is toen Spurrinna in Germania was.

- 1 Here a senatu Vesticio Spurrinnae principe auctore triumphalis statua
- 2 decreta est, non ita ut multis, qui numquam in acie steterunt, numquam
- 3 castra viderunt, numquam denique tubarum sonum nisi in spectaculis
- 4 audierunt, verum ut illis, qui decus istud sudore et sanguine et factis
- 5 assequabantur. Nam Spurrinna Bructerum regem vi et armis induxit in
- 6 regnum, ostentatoque bello ferocissimam gentem, quod est pulcherrimum
- 7 victoriae genus, terrore perdomuit. Et hoc quidem virtutis praemium, illud
- 8 solacium doloris accepit, quod filio eius Cottio, quem amisit absens,
- 9 habitus est honor statuae. Rarum id in iuvene; sed pater hoc quoque
- 10 merebatur, cuius gravissimo vulnere magno aliquo fomento medendum
- 11 fuit. Praeterea Cottius ipse tam clarum specimen indolis dederat, ut vita
- 12 eius brevis et angusta debuerit hac velut immortalitate proferri.

Plinius, Epistulae 2.7.1-4

Aantekeningen

- regel 1 **principe auctore** *ablativus absolutus*
- regel 2 **ita ut multis** zoals er standbeelden zijn voor veel mensen
- regel 3 **tuba** trompet (*in het Romeinse leger gebruikt voor het geven van signalen*)
- regel 4 **verum** *voegwoord*
- ut illis** zoals er standbeelden zijn voor diegenen
- regel 5 **Bructerus** (*bijvoeglijk naamwoord*) van de Bructeri (*een volk in Germania*)
- regel 5-6 **inducere in regnum** op de troon zetten
- regel 6 **ostentato bello** door te dreigen met oorlog
- quod** wat (*betrekkelijk voornaamwoord*)
- regel 6-7 **quod t/m genus, terrore perdomuit**
Lees: terrore perdomuit, quod t/m genus
- regel 7 **hoc** *Hiermee wordt verwezen naar het krijgen van een standbeeld.*
- quidem** *Onvertaald laten.*
- virtutis praemium** *Predicatief vertalen.*
- illud** het volgende
- regel 8 **solacium doloris** *Predicatief vertalen.*
- regel 9 **habere** toekennen
- id** *Vul aan: est*
- regel 10 **fomentum** verzachting (*Hiermee wordt het toekennen van het standbeeld aan Spurrina's zoon Cottius bedoeld.*)
- mederi + dativus** genezing brengen aan
- regel 11 **indoles, -is** groot talent
- regel 12 **velut** (*hoort bij hac immortalitate*) soort van